Vir Clarissime!

Amice Aestimatissime!

In parvula mea bibliotheca mycologica extstat jam opus quoddam de omni classe Fungorum, excepta solum classe Fungorum Imperfectorum. Et quia ab alio auctore non habetur, proposui procurare mihi, licet cari sit pretii, praestantissimi operis revelari Patris Tui, „Sylloge" III. partem, ast, proh dolor, per bibliopolas haberi non potest, quia est jam direptum. Audeo igitur formare quaestionem ad Te, Vir Clarissime, utrum ibi in immediata vicinia Tua, apud bibliopolas vel unum exemplar non extstaret?

Summo grati animi vinculo Tibi deo-
bligatus essem, si non dedigneris disponere,
ut mihi unum exemplar Sylloge III. per
„Postnachnahme" mitteretur.

Abbé Bresadola communicavit
mihi, aliquot fungos per se transpositas
esse fine determinationis ad Tuam Bo-
nitatem. Valde gratularer, si quo ocyus ali-
quid rescire possem.

Perclarum Patrem salutando, amicis
Tuis affectibus enixe devotus, sincerissimo
cum venerationis et aestimii cultu salutando
emorior

Prenčov (bei Schemnitz. Hont) 1. Sept 1897.

Servus humillimus
Andreas Kmeť,
parochus.